Quelle:
Copyright:



Cod: CLXXXII.

Chartac: Fol: Sec: XV. 2 2.5.

1.

Hugonis de Prato Sermones dominicales. 3a – 214a

Hugonis de Prato Sermones dominicales, tam de Evangelijs, quam de Epistolis. Praecedit prologus, qui incipit: Ecce dabit voci suae vocem virtutis pro bi / Quamvis a multis multipliciter sint conflati sermones &c. Circa prologi medium dicit author: Sermones dominicales de evangelijs et epistolis per totum annum ad dei honorem et proximorum salutem / et predicantium comodum compilavi prout mihi divina gratia largita est / de prato scripture / Gobrinus de prato de florido ordine predicatorum minimus florens. Codex autem non continet tantum sermones de dominica prima Adventus ad Palmarum usque. Primus Sermo incipit: Dicite filiae Sion Ecce rex tuus venit tibi mansuetus &c. Ej. / Istud tempus vocatur adventus domini &c. Habentur etiam in Cod. CXXXVII. num: 1.

2.

Passio D: N: J: Chr: cum Comentario 230a – 242a

Passio D: N: J: Chr: cum comentario literali. Incipit: Scitis quia post biduum pasca fiet et filius hominis tradetur et crucifigetur Nr 26. Ista verba primae partis passionis Dominus dixit discipulis suis. Author istius Commentarii adhuc me fugit: diversus enim est ab illis Comentatoribus passionis, quorum facta est mentio in codicibus praecedentibus.